

Canones quoq· quos eusebius caesariensis epc̄s·
alexandrinum secutus
ammonium· in decem
numeros ordinauit · si
cut in greco habentur
expressimus · quod si
quis decuriosis uoluerit
nosse quae in euangeliis
uel eadem uel uicina uel
rolasint eorum distinctio
ne cognoscat · Magnus
siquidem hic in nostris co
dicibus error inoleuit ·
Dum quod in eadem re
alius euangelista plus di
xit · in alio quia minus
putauerint addiderunt ·
uel dum eundem sensum
alius alter expressit ·
ille qui unum e quattuor
primum legerat · ad eius
exemplum ceteros quoq·
aestimauerit emendandos ·
Vnde accidit ut apud nos
mixtas sint omnia · & in
marco plura · lucae atq· mat
thei · rursum in matheo
iohannis · & marci · & in
ceteris reliquorum quae
in aliis propria sunt in
ueniantur ·
Cum itaq· canones legeris ·
qui subiecti sunt confusi
onis error e sublato · & si
milia omnium scies · & sin
gulis suaque eque
restitues ·
In canone primo · concor
dant quattuor :
matheus · marcus ·
lucas · iohannes ·
In secundo tres · matheus ·
marcus · lucas ·
In tertio tres · matheus
lucas · iohannes ·
In quarto tres · matheus
marcus · iohannes ·
In quinto duo ·
matheus · lucas ·
In sexto duo · math marcus ·
In septimo duo ·
matheus · iohannes ·
In octauo duo ·
lucas · marcus ·
In nono duo
lucas
iohannes ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
ULB
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ulb_hs1957/0019